



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. I. Referuntur sententiæ & prima rejicitur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

origine natura. Idem dicendum cum pro parte de processione Verbi Divini, quod procedit à Patre, ut lux à Sole, seu ut splendor glorie ipsius, ut dicit Apostolus ad Hebr. i. 3. splendor enim (utnotas S. Thomas ibidem) est illud quod à fuligine primo emittitur unde cum sapientia quidam lux spiritualis, prima conceptio sapientiae quidam conceptus intellectus ejus, est splendor sapientiae natus ergo fit.

Objecies tertio: Si daretur in Deo processio, illa effe secundum actionem immanente, & non transente, ut docet S. Thomas hic art. 1. Sed non potest dari processio in Deo, ratione ultimae immanentes. Ergo &c. Minor probatur, quia ut dicitur 9. Metaph. interactionem immanente & transente, hoc intercedit discrimen, quod actio transiens habet terminum productum, non autem actio immanens.

Respondeo concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, dicendum est cum Gijerano, quod discrimen positum à Philosopho inter actionem immanente & transente, non dupliciter explicatur; primò quoad necessarium, secundò quoad ordinem. Primo modo intellectum, constituit eo quod a actio immanens, extractione communis & generica, non per habere terminum productum, actio vero transiens ex communis conceptu actionis transiens terminum productum exposcit; cum quo thū quod aliqua actio immanens terminum habet productum. Sieut relatio transcendentalis predicamentali distinguitur, per hoc quod prima non petit universaliter realem existentiam termini, predicamentalis vero universaliter terminum existentem exposcit; cum quo tamen compatur, quod aliqua relatio transcendentalis, sine termino exstante nequeat subsistere; ut constat in relatione noticie intuitivae objectum, & in relatione actionis ad principium, que transendentales sunt, & tamen realiter terminorum existentiam exposcent. Secundum modo intellectum predictum discrimen, constituit eo quod a actio transiens habet terminum productum, ad quem ut ad finem ordinatur; immanens autem terminum à se producere fine non respicit, sed potius terminus propter actionem immanente. Et ita in verbo, & in intellectione creata contingit: non enim intellectio est propter verbum ut finem, sed potius verbum est propter intellectuionem, cum ad hoc verbum producatur, ut intellectio in illo compleetur objectum.

## ARTICULUS II.

In quo divinae processiones consistant?

Ostendimus articulo precedentem dati processiones in Deo: nunc examinandum restat quid illae sint, sive in quo essentiliter consistant? Quicquid autem procedit praecepit de divinis processionebus activè sumptis. Ex cuius resolutione constabit, in quo passim processiones consistant.

## §. I.

Referuntur sententias, &amp; primarejicitur.

Nhac ergo celebri controversia, quatuor sententias Authorum sententias. Prima docet, divinas processiones non esse veras & proprias

Tom. II.

actiones, sed tantum resultantias quasdam, seu emanationes; & unam Personam oriri ex alia, eodem modo quod proprietates oriuntur ab essentia; non per veram actionem, sed per quandam resultantiam, & simplicem emanationem. Ita Suarez libro 1. de Trinit. cap. 8. & Molina hic disp. 1.

Secunda sententia est Scotti in 1. dist. 2. quest. 7. qui divinas processiones esse veras actiones ultrò profitetur; vult tamen illas ab actionibus intelligenti & volendi esse ex aequo & totaliter distinctas; & distinctionem non includere formaliter intellectuionem; nec spirationem a trivam, volitionem; & sic salvare putat, quod licet intelligentie & velle sint operations communes omnibus Personis, non tamen dicere & spirare.

Huic Scotti sententiae annexi potest opinio quæ tribuitur Henrico, Argentinæ, Marsilio, Richardo, & alijs, qui non distinguunt duos actus in intellectu; alterum qui sit cognitio, alterum qui sit dictio, sicut Scotus; sed duas cognitiones seu intellectiones, unam absolutam, & communem toti Trinitati, qua nihil producit; alteram notionalem, & Patri propriam, ex qua Verbum generatur. Et idem proportionaliter dicunt de volitione.

Quarta & ultima sententia, quam Thomistæ amplectuntur, unicum tantum intelligere essentiale in Deo agnoscit, quod ut modificatum relatione Paternitatis, habet rationem dictio-nes, & producit Verbum; & similiter unicum velle essentiale, quod prout modificatur per relationem Spiratoris, habet rationem spirationis activæ, & Spiritum Sanctum producit.

Dico ergo primum: processiones divinas esse veræ & propriæ actiones immanentes ac vitales, & non puras ac simples emanations.

Probatur primo ex D. Thoma hic art. 2. ubi 23. ait: Verbum procedit per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vita. Et art. 3. Procesio Verbi (inquit) attenditur secundum actionem intelligibilem. Et art. 5. Processiones in Divinis accipi non possunt, nisi secundum actiones quæ in agente manent.

Probatur secundum conclusione contra Suarez 24. rem, argumento ad hominem: nam hic Author disp. 18. Metaph. sect. 3. docet contra Thomistas proprietates produci ab essentia per veram actionem, & non tantum per resultantiam: Sed relationes divine constitutivæ Personarum sunt proprietates, ut omnes Theologi farentur. Ergo juxta hujus Authoris principia, debent à Deo per veram actionem produci.

Probatur tertium: Simplex resultantia est ab ipsa natura substantiali immediatè, saltem respectu primæ proprietatis: Ergo si processio Verbi, quæ est prima proprietas, sit resultantia, erit immediate à natura divina; quod tamen negant Suarez & alij Theologi contra Durandum, ut patet ex dicendis articulo sequenti.

Probatur quartum: Persona subsistens debet produci per veram actionem: Sed processiones divinae producunt personas subsistentes, ut est certum de vide: Ergo sunt verae actiones. Major probatur, quia persona subsistens non potest non esse substantialis terminus, per se primo terminans actionem.

Dices: In ipsis creatis quamvis generatio 27. terminetur ad personam subsistentem, tamen in sententia Thomistarum non est vera actio, sed tantum resultantia ex alteratione praecedenti: Ergo falsum est quod persona subsistens debet

V

semper